

The *Manipulus/Scotichronicon* Project  
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/Scotichronicon/index.html>)

## Laus o

...scriptum esse:

'Ne laudaveris hominem in vita sua', tamquam si diceret:  
'Lauda post vitam; magnifica post consummacionem.'

*Scotichronicon*, 16.39 (Watt ed., vol.8. p.338, ll.23-25).  
[Source not identified.]

Dicit sermo diuinus  
ne laudaueris hominem in uita sua, tanquam si diceret:  
Lauda post mortem, magnifica post consummationem.  
Duplici tamen ex causa utilius est hominum magis memorie laudem dare quam uite ut illo potissimum tempore merita sanctitatis extollas, quando nec laudantem adulatio nocet, nec laudatum elatio temptet. Lauda ergo post periculum, predica securum; lauda nauigantis felicitatem, sed cum peruererit ad portum; lauda ducis uirtutem, sed cum perductus est ad triumphum. Quis autem diues possit hic sine trepidatione laudari qui et de preterito meminit se habere quod doleat et de futuro uidet sibi superesse quod timeat?

Ambrosius in natali sancti Eusebii.

*Manipulus florum*, Laus o

Dicit sermo divinus:

Ne laudes hominem in vita sua (Eccli. xi); tanquam si diceret:  
lauda post vitam, magnifica post consummationem.

Duplici enim ex causa utilius est hominum magis memoriae laudem dare, quam vitae, ut illo potissimum tempore merita sanctitatis extollas, quando nec laudantem adulatio movet, nec laudatum tentat elatio. Lauda ergo post periculum; praedica securum; lauda non navigantis felicitatem, sed cum peruenit ad portum; lauda ducis virtutem, sed cum perductus est ad triumphum. Quis autem vivens tuto possit, ac sine trepidatione laudari, qui et de praeterito meminit se habere quod doleat, et de futuro videt superesse quod timeat?

Maximus Taurinensis, *Homeliae de sanctis*, 78 (PL 57, col.419A-B).